Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6987
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Salon fesus sic ait

Salomon fessus sum loquendo iam requiescamus vosque eras Naac Non amittam loquelam meam Salon Non possum amplius Naac Si non potes humiliter confiteris te victum et da quod promisisti Ad hec Bonomias filius Joyade et Zebud amicus et Amiram filius Abda qui erant super tributa dixerunt ad Najarcolfum Ergo ne tu eris tertius in regno domini mei ante eruant tibi pessimi oculi de tuo pessimo capite Melius te decet iacere cum vespis domus nostri quam sublimari aliquo honore quo Naac ut et adhereret culo mysi porcelli que rex promisit Tunc duodecim principes regis Salomonis dixerunt Vt quid iste follus infestat dominum meum regem Tunc magnus colaphis maceratus aut fustibus efficatus non ejicit de conspectu domini mei regis Ad hoc Salomon Rex ait Non ita fiat quod bonum statuatur in pace dimittatur Tunc Naac dixit Satis sciat quidquid dixeris Sed ego semper dicam quia ibi non est rex vobi non est lex

Igitur quom Rex Salomon ~~quadam die~~ quadam die cum venatoribus suis et multis copulis canum de venationis exercitione rederet forte transibat an hostum Najarcolfi folli diverterit rex illuc cum equo suo et inclinato capite sub limine hostii requisivit quis intus esset Naac vero ad focum sedens et ollam plenam fabis custodiens vendit Salomon regi